P. SANTINELLI STANISLAO

PROLUSIO: della difficoltà di allevare i figlioli nelle scuole - Venezia Salute

10-12-1698 ms

Archivum historicum Genuense
AUCTORES
P. SANTINELLI
82-29
ms
C.R. a Somascha

Santinelli

82
29

Prolusio i

habita Venetijs in Collegio nostro Saluti

die decima xbris 1698

[illegible]

Oratio.

Si qui sunt, quos ab male locatam operam in susceptis laboribus, et initæ vitæ ratione dolor excipiat, ij, quid enim dissimulem? ij sunt, qui eruditos suæ curæ adolescentes, recte educere, bonisque optimis artibus animum imbuere satagunt. Licet namque placere sibi quisque videatur cum arduum quiddam aggreditur, pulchra felicis exitus spe, auspicantur tamen per quam difficile educandæ adolescentiæ opus obeundum ad terrorem quoque formidinis more etiam fieri non potest, quin in pravæ indolis iuvenes incidentis impensi laboris contingat pœnitentia. Quod si extra hanc aleam positi aliqui videntur, nos hic fortassis sumus, quorum curæ nobilissima tenerioris ingenia, et ad virtutes adhuc effecti a natura huiusce preclarissimæ Reipublicæ patriæ adolescentes demandantur, nihilominus temporis adeo expertes esse non possumus quin in tranquillo etiam metuamus. Siquis ignorat, eo devenisse temporis insolentiam, ut id maxime contemptui habeatur, quo maior apud omnes commendanda esset prudentia. Quod enim angusta et paupe: rem vitæ degere consueverimus, quod nos abdicaverimus sæculo, quod humili indumento simus inclusi, idcirco iocis, conviciis, neglectui plerumque obnoxij simus, necesse est. Huc accedit quod non omnia ingenia comiter leniterque accipere possumus, quod mandatis nostris obluctantes lenibus primum verbis castigare, deinde studia quoque ac virgas habere ab ipsorum protervia cogimur. Ex hoc odium illud quod incidit, quod convicionem seges. Tot sunt animo, oculis totoque oris habitu, et perspicuum omnibus sit, eos, licet quo fato ignoremus, nunquam animum redducturi cui bono nostri labores, vigiliæ, tædia quin et eadem severitas, ac negata indulgentia. Illos inde lacessere quærit ipsos commodi, secus ac Atrilanus ille adolescens quærebatur, et nostris incommodis comparari. Contra hæc siquis attendit quidlibet pati satius videtur, quam præceptoris officio functum nullum tempus remittere, vita torqueri, maceram, nisi tamen incom:

modi, et laboris utrinsque fructu rependitur. Resipiscentes n(am) aliquando adolescentes gratis id etiam nobis apponunt, quod olim iniuriae dent habitum; siquid iniquum facti existimant, obsequio pensant, et paenitentia, eosdemque collatorum beneficiorum praecones maximos invenimus. Sed vero nimius honor hic maturescit, et licet magnus aeque sit, atque iucundus, desperantius prius contigit quam delibare. Verum hanc etiam cum male ab auditoribus nostris audimus, cum apud ingratos operam nostram locari credimur, quam magnifice de nobis viri sapientes sentiunt! Facti sumus apud omnes, qui res ex veritate metiuntur, existimatione, ut postquam erga filios pietas, omnem viam ut tentent effecerit, quae illis prosint, in rem suam adhuc arbitrati sint magis esse, praeceptoribus eos educandos committere, quam ipsos se illis magistros adhibere. Quotusquisque inter sapientes est, qui labores nostros laudibus non extollat, qui apud omnes praeceptoris opus omnium praestantissimum non praedicet, omnium nobis existimationem suo exemplo non conciliet! Quod non temere accidere, satis compertum est illis, qui norunt, nos ut beneficiis alios possimus ornare, per improbos labores vix ferendis curis obsessam vitam transigere. Haec igitur in hac solemni studiorum instauratione quidni ego breviter exponam, et omnium non auribus tantum, sed etiam oculis, et nostra in omnes promerita, et muneris nostri difficultates contenda defigere? Spero futurum ex hoc, ut ipse qui eloquentiam profiteri aggredior, omnem perscrutatus laborum praesentiori animo, et ad omnia parato iniunctam provinciam subeam, auditoresque nostri tandem intelligant, quo iure, nos quoque, qui alteri adolescentiae parentes vocamur, ut comicus ille pater, a nostris amari, et magni pendi postulemus.

Quam aequum sit, magnam esse apud omnes existimationem, qui ad iuventutis educationem animum studiumque appulit, nemo est, qui dubitet, cum nostri nihil sit, plurimi ab omnibus fieri, qui hoc unum in votis habent, ut optime de omnibus mereantur. Profecto is multo

inter nos, naturâ ipsâ conciliante, amor intercedit, ut non diligere, non laudibus extollere, non illis deferre nequeamus qui ceteris praestant. Sed n. ab homine nihil humani alienum esse videtur, praecipue quicquid alterius aerumnas tangitur, ex quibus alicuius auxilio, si hoc praestare ille non possit, eos gaudet emergere. Itaque sicut aegri omnes ferunt, nullum adhiberi, qui vere adolescentium ingenia excolere, et prohibere, quo minus sterilitate indurent, ita maxime eos amore amplectuntur qui humanae mentis agrum excolunt, dumos evellunt nimia, quae saepe dissilit, luxuriem compescunt, optimis inspergunt seminibus, cessantem inertem, effoetum, lassumque reficiunt. Quid enim est, si non hoc beneficium est? Saepenumero quis asserit, nos de aliis mereri quoniam potiorem, principemque hominis partem, animum nimirum spectant merita nostra? quoniam collata beneficia oculis non illico apparent? quoniam nullum nobilitati splendorem adiungere, nullatenus rem familiarem adaugere videmur, et cumulare? Quam iniqui, si qui ita loquuntur, rerum sunt aestimatores! Etenim mitto, praeceptoribus acceptum referendum esse, quod bonis informatus artibus animus legatam a maioribus nobilitatem, virtute quoque cumulatam addit, rem numquam per scelera effusam servat, atque auget. Verum enimvero nonne omnium maximo hominis beneficio impertit qui hoc conatur, ut ii, quos a feris facie tantum, et figura vix internoscis, hominibus quoque ceteris praesint? ne mens praecipuum hominum decus torpeat otiata? ut animus, quo propius ad Deum accedimus, excolatur? ut homines esse se homines sentiant? Sed angustis adeo limitibus nesciunt beneficia nostra coerceri. Intuemini quaeso quo evadat labor noster, inspicite, nos unicus captantes utilitate bene de plurimis mereri, gentique ac civitati, quod pulchrius, et divinius, quam uni soli, praedicat Aristoteles, bonum efficere. Nulla maior respublicas potest felicitas recreare, quam si bonis, et bene instituti civibus coalescant. Quid enim iuvat, ingentem in aeraria vim auri ingerere, quid terra, marique ditione proferre quid terrore finitimis, ac longinquis

incutere. Si pessimis respublica civibus constet, qui omnia ad libidinem regant, nullas leges, religionemque ratione violent, sui ipsius nec ponderi propriis discerpta manibus, ac dilaniata. At cum optimi cives in unum conveniant, ex tenui, humilique florentissima evadit, nec stabi tantum, velut dicta vigebit, ac firmata virium robore irruentia impetus propulsare, nedum sustinere facile poterit. Ideo adolescentes patriae spem, populi, ut inquit Tullius, incrementa futuri, tenera Reipublicae germina tanti est recte educare, quanti bonis rempublicam constare civibus. Illi enim tandem civitatem, rempublicamque constituent, quos nunc pueros in palestra exercemus, et tales ad rempublicam accessuros, quales e nostris excedent manibus, nemo non videt. Quapropter errant, qui putant, nobis eos tantum debere, quos instituimus, sed universam rempublicam meritis nostris, aperte fatendum est, obstringamus, cui bonos cives conamur efficere, cuius nimirum incolumitati, aeternitatique pro virili parte ita consulimus, ut, eius summi beneficia largiri videamur, et dicimur, bene de tota republica mereamur. Siquid igitur laboris nobis est subeundum, quod sentio quantum sit, hoc non inviti, quoniam reipublicae impenditur, suscipimus, neque enim aeque esset, nobis autem eos, quos instituimus aut rempublicam, cui instituimus, debere, nisi per magnos labores instituerimus. Equidem quam arduum, quam refertum difficultatibus sit, recte adolescentes ad civitatem informare, animadverterat magnus ille Politicorum praeceptor, qui huiusce rei normam publicis tabulis a legislatoribus statuendam, asseruit, ut legibus, non cuiuscumque nutu dirigeretur. Vereor, ne videar os in caelum ponere, et sapientissimis, ac sanctissimis maiorum institutis vellem notam inurere; utinam et tamen essent sancitae leges, quae certis, perpetuisque vestigiis insistere praeceptores iuberent, quas doctrinas certas ac adolescentibus perstringere religio esset. Nunc maximus in eo deprehenditur labor, et difficultas, quod sese in varias formas vertat oportet praeceptor, ut sani omnia cupiditatis faciat. Sed eos saepe saepius parentes offendamus, qui aut nimis obsequentes filiis, aut nimia in pro

utuntur sedulitate, quisque ita haberi filios, iubet, et unicuique nova docendi ratio velle institui. Ita fit, ut dum omnibus parimus, aut lenitate, insolenter alij se efferant, aut asperitate animis plerique cadant. Isto tamen, hoc et usurpari debeat, et usurpari facile sit, neque enim omnibus eadem medicamina egrotis prosunt, nec pharmacum incommodae valetudinis curationi praestantissimum, commodam quoque tuetur, et sustentat. Quae necessaria sunt facienda libenti animo conemur efficere: perstringimus quodammodo omnium ingenia, adhuc difficillimum invenitur ea ipsis tradere, quae repugnanter accipiunt. Virtutibus et quae intellectum illuminent, et quae mores informent, imbuendus est adolescens. Nascimur equidem omnes ad utrasque conformati a natura, quae omnium semina videtur nostris animis indidisse, sed quisque laborem, quo percipiuntur, perosus, aut nunquam eas velle haurire, aut sane in aliud tempus ab adolescentia rejicere. Quid de scientijs, ac praestantissimis facultatibus loquar? Ingenium alio divertens, nec gignendis maturae fructibus causari, puer quisque didicit, et satis esse iactitant sub lucis ortu felicis diei spem ab aurora colligere: clariores radios, beneficam solis lucem accedente meridie tantum emitti. Nec parentes desunt, qui in nimia ergo filios charitate effusi, eorum dicta refellere non audeant, patrioque excudendum putant, quoties tenella ita vocant pignora aetas intra cancellos est continenda. Ij sunt qui ultro a studijs, si aliquantulum ipsis addictum puerum intuentur, toto conatu tentant submovere. Quorsum, inquiunt, quorsum tanti labores? Nimis, heus puer, nimis es de studio sollicitus. Remitte tempus aliquod, animum relaxa, ludis indulge. Nullane unquam a musis requies? Qui te patiar, in multa nocte fili suavissime vigilare, cuius forma qua uteris, valetudinem pauxillum incommodi scio posse labefactare. O crudelior odio pietas! O deterior severitate indulgentia! O filiorum proditores parentes! Nonne satis vobis videtur ipsa, qua quisque a laboribus recedit, celeritas, nisi et ipsi abstrahatis, nisi calcaria addantur

ut citius aufugiant. Equidem cum una, idemque sit, & hanc lucem prodire, et infortunijs occur-
rere, mihi videtur rerum natura consuluisse, ne accepti ab ipsa ortus homines tam cito pigerent,
cum omnia induunt, florentique aetati solatia obtulit, laboribus interim in maturius tempus
dilatis. Nec autem pulcherrimum dies ordinem arguere, uerum nec disputare, praeceptoribus &
hoc onus impositum, cui licet ferendo omnes pene impares reperiuntur, nos tamen hic prae
ceteris eodem grauari maxime, dixerim, qui tantum adolescentes nobili, clarissimoque
loco natos educandos suscepimus. Quos namque fortuna voluit largioribus beneficijs
cumulatos, maxime etiam efficit a studiorum laboribus alienos. Heu quoties nimia feli-
citas felicitati est exitium, et uetustissimae nobilitatis decus, eiusdem labes est, et pernicies!
Efflagitandum ne auditores nostros a solatijs deterreamus, et ad studia cohortantes expecta-
tione non frustrabimur? Instaurato nec scholari curriculo, ut alacres stadium ingrediantur,
felicemque sibi spondeant exitum recti cursus insistentes, sperandum erit? Vix in urbem
ex ruralibus delicijs reduces, nondum quiescunt suaui dies carere obliuisci qua equos suos
inuisebant, qua uenaticis canibus alimenta proprijs manibus inferebant perinde, ac
famulorum turba dominis apta sit inseruire, nullum autem brutis animalibus seruitium
aptius, quam heros ipse. Tandem vero turpium deliciarum memoria excidit; at personam
continuo theatrales ludi, proh adolescentum pesti theatrales ludi! incedit saturales quei-
que, celebrantur tota urbe bacchanalia: delicijs deditum, tempus per ludum, et solatia insu-
mere, saeculum uocant. Appetet mox etiam uernum, aestiuumque tempus, cum auram calori
restinguendo captare, hac, illac uehi cymba, non honestum modo sed & necessarium ia-
ctant, licet quoque a frequentia submotos non cymba tantum circumduci, sed remos ca-
pere, cymbam ipsos agere uersare, dextrorsum, sinistrorsum inflectere, sistere, sedentibus
interim plaudentibus, et ridentibus, in exiguae puppis lubrico stantes, non raro inspicia-
mus. Quid plura? Ignoscite iusto dolori, si uos prolixior uisibus nimium rebus hinc

auctor sed, cum satis superque fuisset, nobilitate, et divitijs insignes auditores nostros fateri, ut in=
telligere possetis, quam a studijs essent alieni. Inveteravit exitiosa quædam opinio quæ a pau=
cis in omnes se fert, et multa quæque solent, vulgavit, scientiarum adeptione iis duntaxat
opus esse quibus, quæ necessaria sunt vitæ, earum ope quærenda sunt. Immunes ab hac
necessitate se esse opinantur illi, quibus arridens fortuna opes maximas largita est,
qui nullius egent, nec suis sibi parare sudoribus rem, aut victum per honestas artes com=
parare coguntur. Scilicet hi plus sapiunt, quam sapientiæ omnium magister Aristoteles, qui
scientias magis necessarias nobilibus, quam humili loco natis, divitibus, quam inopia labo=
rantibus, asseruit. Ultro concedimus non illis opus esse de cogitare, quæ cæteris ad
corrogandam pecuniam, immo ad parandum victum, conducunt; omnia illis, quæ necessaria,
suppetere, omnibus etiam, quorum, ex splendidis natum desiderijs, non indigemus, eosdem afflu=
ere, concedimus. Sed intelligant tandem, diuturnius temporis spatium per otium illis esse
transigendum, cum nihil sit quod eos impediat, nulla defendendi honeste loci sui cura, quæ
cogitationes aliquo distrahat, nulla quæ eos circumveniat, laboriosa negotiorum turba. In=
telligant, solatia a scientijs quærendum sibi esse, non impedimenta; intelligant, si scien=
tijs destituantur, fieri non posse, quin otium, quod honeste insumi potest, per scelera, et
flagitia traducant. Sed quæ scelerum, quæ flagitiorum mentio? Hoc enimvero est illud quod
duriore labore a præceptoribus exigit, et quo magis cordi insidet, eo magis molestam tor=
quet exercitationem. Cupimus, nobis adolescentes commissi non eo tantum, ut bonis artibus, et fa=
cultatibus imbuantur, sed maxime ut ex optimis moribus et sanctissimam discant vivendi
disciplinam. Hæc est potissima scientia, a qua bonos esse, percipimus, hæc ars præcipua,
quæ ad castigatissimum exemplar mores conformat, hæc sane cura maior præceptorem pa=
nter, ac parente. Sed cuius difficultati opus, virtutibus eam informare ætatem, quæ sibi ne=

quit non intelligentur quam quilibet animi motus in transversum rapit: quae torpent, et stupent vi-
dentur, si in scelera non erumpant. Proni sumus ad malum, nemine alio impellente, nimius laxatis
habenis, quo effervescens aetas adigit ad praecipitium. Pauci deflagrante ex senectute sanguinis
fervore, ira inflammantur, omnes vero, cum sanguis aestuat: pauci, postquam infortuniorum
consuetudini callum, ut aiunt, obduxerunt, adversam fortunam queruntur, omnes autem, cum nondum
propter aetatem assueverint calamitatibus. Ea tandem est in iuvenibus praestita malis motibus
obedientia, ut siqui maturioris aetatis eos nesciant comprimere et a vitiis temperare, iuve-
nes monitus appellemus. Adde, praeter innata vitia multis accedere nobilitatem, divitias
pessima malorum omnium irritamenta, quae bonos esse perraro sinunt vel eos, qui vellent a
malo abstinere. Bona magistra una solet esse paupertas. Eo enim evasit communis
omnium error, ut nemo putet divitiis uti, nisi iisdem abutatur, et vitia nesciant oculis
sese prodere, nisi pretioso amictu nobilique circumvestiantur. Attamen nos, qui scimus,
quam necessarium sit, adolescentiam virtutibus ornari, ut eas ab ineuntibus annis in senectu-
te proferat, in tanto opere desudamus, et suadere conamur, quamquam persuasisse raro
contingat. Quid enim prodest, mentem scientiis illustrasse, si vitiis omnibus interna iuvenes
inquinentur, et intellectus splendoribus perpetuam scelerum noctem offendant. Ut vero fatear,
minus aegre ferendum esset, alios a nostris adolescentes in hac arte parum proficere, at iis,
qui Venetae Reipublicae patritios instituunt, totis viribus contendendum est, ut caeteris auditores
sui praestent progressu. Bellorum calamitas in ordine cives continere potest, quos diuturnae
pacis tranquillitas insolentiores efficit. Qui hostibus undequaque saepiuntur, ii facilius
modeste se gerunt, nec modum facile excedunt, quos obruunt infortunia. Idcirco opti-
me instituendae vitae praecepta sedulus institutor iis frequentius tradat, oportet, qui pace
frui solent, et per otium debent tempus traducere. Nisi enim alte donum animo insederit
recte vivendi necessitas, facile pacis delicias amplexi ad vitia quaeque attendunt, ne

omninò obliteretur. Quapropter uenerti patritij diligentius debent rectis moribus informari, ne pacis beneficio, qua feliciter fruentur, dilabantur in scelera. Quam verò pacata in hac Republica pax, quam insolens bellum! Quod si aliquando cogitur ad arma conclamare, hoc ipsius pacis spectat tranquillitatem, et à castris tam citò disceditur, quam citò nominis dedecus potest fieri. Utinam etiam quamprimum detonent praesentes bellorum fremitus, et optata tandem pax consistatur, quae non bellum, sed triumphos excipiet. Sed eò redeat oratio, unde discessit.

\+ Cognoscite ex his, quos labores, cuius bono subeamus, ut tandem possitis asserere, an iure a discipulis nostris et coli, et diligi peroptemus, postquam adolescentes educandos suscepimus. Verè quis pervorant mihi insolitus uigor?

Excitat aonius correptis sensibus ardor, Y4
Iamque calent toto spirantia pectora numine,
Conceptoque homine uideor mihi ponere Phoebo.
Te canere, atque tuas, Prisce, non ultima gentis
Gloria Spinulae, cogor depromere laudes,
Nec cohibere potest tegenda modestia Patris.
Tu, licet inviteris, parcas, quem purpura cinxit
Nascentem, primum subeuntem limina uitae
Quem fortuna fouet magnis non regibus impar.
Sistere parua tuas circum cunabula Ianus
Visus, ceruices et flectere ad oscula utrasque
Nec plures doluisse datur, sic magna potentis
Spes urbis fueras a primo creditus orbe.
Ut primum expulsit tenerae lux parvula menti
Fumosas incepit auia tibi pandere ceras
Maiorumque patrum exemplo incendia cordi

aderat Illmus P. Angelus Spinula Praep. Generalis

Addere, virtutis comites semina mentis.
Seu te castra iuvant, ut vinci nescius hostes
Excipias, fortique gradus committere dextra
Proelia, bellaces animas longo ordine cerne.
Stant ducum simulacra calent, et pulvere belli
Commixtus pallet dispersus vulneris sanguis.
Nostri sive cupias patriae, procedere togatus,
Spicula et tibi fuerit: Princeps est ille Senatus
Hic decor, hi proceres quibus praecedens serie floret.
An te, Roma, vocat? Venient iam nota Quirino
Nomina: Quot cernis redimitos tempora vittis?
Quot vestit rubro praecingere Roma galero?
Omnia sed vides factus iam grandior aevo,
Et quae sors faustae largita est munera dextra
Abiicit virtus, gaudens in claustra receptus,
Cur ponis titulos, et grandia nomina gentis.
Ipsa tibi virtus veniens tua pugnat, et istas
Cur fugias? Quos ipsa dedit nunc sumere fasces
Cogeris, et munus datis est contemnere sortis.
Sed tibi parvus honor, cum nostra est gloria tanti.
Pandere imperiis, et iussa capessere Patris.
Clarior expectat te gloria, namque Latino,
Spero equidem, tectam fulgenti murice vestem,
Una assueta tua vestiri est purpura gente.

Dixi